

Aduertencias para

15. ¶ Quarta decima conclusio. Ex Compendio Indico Societatis, verbo, Dispensacionum. 6. Possunt nostri, à Preposito Generali, etiam per alios ad id electi, dispensare [gratia tamen] cum Neophytis utriusq; Indiæ in quibuscumque iure diuino prohibitis consanguinitatis gradibus, vel alias coniunctis aut se attinentibus, ut impedimentis huiusmodi non obstatibus: matrimonium inter se contrahere, & solenizare, seu si iam scienter contraxerint denuo contrahere valeat: in partibus quidem, ubi locorum Ordinarij de facili adiri possunt, nostri per se in foro conscientiae tam, sed perpetuo: Ordinarij vero ipsi in utroque foro, de consilio tam & assensu nostrorum, tanquam adiutorum & assessorum suorum si nostrorum copia comode haberi possit, sed tantum ad annos viginti. In reliquis autem Prouinciis Ordinariorum praesentia destitutis, vel ab eis non minus 200. millibus passuum remotis, nostri per se in utroque foro.

¶ Hac in foro conscientiae uti possunt Prouinciales, & per se, & per alios, quibus eam communicauerint: in foro autem judiciali, nullus utetur ea, nisi in ijs locis, ex quibus difficile ad Ordinarios recurri potest